



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

VII. Otto, Herzog von Lüneburg, genehmigt den Verkauf von fünf Hufen in
Süd-Wittingen an das Kloster Diesdorf, am 9. August 1226.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

nostro donauimus in proprium Cenobio in Distorp eidem cum omni fructu et utilitate perhenniter assignando, quos mansos Burchardus Berse de manu nostra pheodaliter tenuit et possedit. Hanc autem donationem fecimus sub hac forma, vt dictum Cenobium patrem et matrem nostram et nos et uxorem nostram u(n)a cum heredibus nostris in plena fraternitate recipiat et (t)eneat, monialium ibidem seruiencium participes fieri mereamur. Ne ergo huiusmodi actio per alicuius calumpniam possit in irritum reuocari hanc cartulam sigilli nostri impressione et appensione iussimus roborari. Actum est hoc anno Incarnationis Domini M^o. CC^o. XXII^o. VIII^o. Kalendas aprilis. Huius rei testes sunt: Bernardus de Dorstat, wernerus de Louenborch, Sighebandus et frater eius Teodericus de monte, Marcaleus paridamus, Johannes de wrestede, hartnidus, hermannus Ribe, Reiboldus ztrowe et scriptor noster Crachto.

Das Original ist durch Mober beschädigt und an einigen Stellen durchgerissen, wodurch einige Wörter ganz weggefallen, andere undeutlich geworden sind.

VII. Otto, Herzog von Lüneburg, genehmigt den Verkauf von fünf Hufen in Süd-Wittingen an das Kloster Diesdorf, am 9. August 1226.

Otto, dei gracia Dux de lüneborch, Omnibus Hoc scriptum audientibus Salutem et dilectionem. Testes et priuilegia perpetuam efficiunt memoriam cuiuslibet actionis. Notum igitur facimus tam presentibus quam posteris vniuersis, quod Hartnidus de wrestede, ministerialis noster, ecclesie in Distorp uenditit quinque mansos, qui siti sunt in campo Suderwitinge, quorum duo sui erant, et tres nostri, quos a nobis in pheodo possidebat. Nos autem tam de nostris quam de suis licenciam nostram bonam ei dedimus in hoc facto, et promiserunt cum eo Genehardus de wrestede, Hermannus et Henricus Ribe et alii sui parentes et amici, quod ecclesiam super hoc nunquam inquietabunt. Actum est hoc apud Lüneborg, anno Incarnationis domini M^o. CC^o. XXVI. In vigilia sancti Laurentii, presentibus fidelibus nostris: Burchardo de wlfersbüttel, Paridamo, Hermanno Ribe et fratre suo Henrico, lippoldo de tfarnhufen, wigerado, ludolfo Gropen, Hermanno de Eueringe, Geuehardo de wrestede et pluribus aliis.

VIII. Otto, Herzog von Braunschweig, übereignet dem Kloster Diesdorf das dem letztern von seinem Vasallen, Werner von Medingen, verkaufte Dorf Reddigan, im Dezember 1226.

In nomine Sancte et Indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia dux de Bruneswic, Omnibus in perpetuum. Cum omnia, que sub tempore geruntur, negocia cum ipso tempore defluant et re-